

MISSAL DE 1570/1962	Missal de 1570/2002
<p data-bbox="337 275 756 302" style="text-align: center;">PRÆPARATIO AD MISSAM</p> <p data-bbox="261 344 829 411">PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS FACIENDA</p> <p data-bbox="261 422 829 779"><i>Quilibet Sacerdos, ex concessione Pii Pp. XI, sub die 3 Octobris. 1936, lucrari potest: Indulgentiam quinque annorum, si ante Missæ celebrationem, recitet Psalmos 83, 84, 85, 115 et 129 cum adnexa Antiphona, Versiculis et Orémus, ut infra; plenariam, si per integrum mensem prædictas preces quotidie recitaverit, additis confessione sacramentali et oratione ad Summi Pontificis mentem.</i></p> <p data-bbox="261 789 829 926"><i>Ant. Ne reminiscáris, *Dómine, delícta nostra vel paréntum nostrórum, neque vindíctam sumas peccátis nostris. (T.P. Allelúja).</i></p> <p data-bbox="261 936 829 1003"><i>Quæ Antíphona in Duplicibus tantum duplicatur.</i></p> <p data-bbox="467 1041 618 1068" style="text-align: center;"><i>Psalmus 83</i></p> <p data-bbox="261 1079 829 1178">Quam dilécta tabernácula tua, Dómine virtútum: * concupíscit, et déficit ánima mea in átria Dómini.</p> <p data-bbox="261 1188 829 1255">Cor meum, et caro mea * exsultavérunt in Deum vivum.</p> <p data-bbox="261 1266 829 1402">Etenim passer invénit sibi domum: * et turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos. Altária tua, Dómine virtútum: * Rex meus, et Deus meus.</p> <p data-bbox="261 1413 829 1512">Beati, qui hábitant in domo tua, Dómine: * in sæcula sæculórum laudábunt te.</p> <p data-bbox="261 1522 829 1621">Beátus vir, cujus est auxiliúm abs te: * ascensiónes in corde suo dispósuit, in valle lacrimárum, in loco quem posuit.</p> <p data-bbox="261 1631 829 1730">Etenim benedictiónem dabit legislátor, ibunt de virtúte in virtútem: * videbitur Deus deórum in Sion.</p> <p data-bbox="261 1740 829 1873">Dómine, Deus virtútum, exáudi oratióem meam: * auribus pércipe, Deus Jacob. Protéctor noster, áspice, Deus: * et réspice in faciem Christi tui:</p>	<p data-bbox="935 275 1354 302" style="text-align: center;">PRÆPARATIO AD MISSAM</p>

Quia mélior est dies una in átriis tuis, *
super mília.

Elégi abjéctus esse in domo Dei mei: *
magis quam habitáre in tabernáculis
peccatórum.

Quia misericórdiam, et veritátem díligit
Deus: * grátiam et glóriam dabit Dóminus.
Non privábit bonis eos, qui ámbulant in
innocéntia: * Dómine virtútum, beátus
homo, qui sperat in te. -Glória Patri.

Psalmus 84

Benedíxisti, Dómine, terram tuam:
*avertísti captivitátem Jacob.

Remisísti iniquitátem plebis tuæ: * operuísti
ómnia peccáta eórum.

Mitigásti omnem iram tuam: * avertísti ab
ira indignatiónis tuæ.

Convérte nos, Deus, salutáris noster: * et
avérte iram tuam a nobis.

Numquid in ætérnum irascéris nobis? * aut
extédes iram tuam a generatióne in
generatióne ?

Deus, tu convérsus vivificábis nos: * et
plebs tua lætábitur in te.

Osténde nobis, Dómine, misericórdiam
tuam: * et salutáre tuum da nobis.

Audiam quid loquátur in me Dóminus
Deus: * quóniam loquétur pacem in plebem
suam.

Et super sanctos suos: * et in eos, qui
convertúntur ad cor.

Verúmtamen prope timéntes eum salutáre
ipsíus: * ut inhábitet glória in terra nostra.

Misericórdia, et véritas obviavérunt sibi:
*justítia, et pax osculátæ sunt

.Véritas de terra orta est: * et justítia de
coelo prospéxit.

Etenim Dóminus dabit benignitátem: * et
terra nostra dabit fructum suum.

Justítia ante eum ambulábit: * et ponet in
via gressus suos. - Glória Patri.

Psalmus 85

Inclína, Dómine, aurem tuam, et exáudi

me: * quóniam inops, et pauper sum ego.
Custódi ánimam meam, quóniam sanctus sum: * salvum fac servum tuum, Deus meus, sperántem in te.

Miserére mei, Dómine, quóniam ad te clamávi tota die: * lætífica ánimam servi tui, quóniam ad te, Dómine, ánimam meam levávi.

Quóniam tu, Dómine, suávis, et mitis: * et multæ misericórdiæ ómnibus invocántibus te.

Auribus pécipere, Dómine, oratióem meam: * et inténde voci deprecatiónis meæ.

In die tribulatiónis meæ clamávi ad te: * quia exaudísti me.

Non est símilis tui in diis. Dómine, * et non est secúndum ópera tua.

Omnes gentes quascúmque fecísti, vénient, et adorábunt coram te, Dómine: * et glorificábunt nomen tuum.

Quóniam magnus es tu, et fáciens mirabília: * tu es Deus solus.

Deduc me, Dómine, in via tua, et ingrédiam in veritate tua: * lætétur cor meum ut tímeat nomen tuum.

Confitébor tibi, Dómine, Deus meus, in toto corde meo, * et glorificábo nomen tuum in ætérnum:

Quia misericórdia tua magna est super me: * et eruísti ánimam meam ex inférno inferióri.

Deus, iníqui insurrexérunt super me, et synagóga poténtium quæsiérunt ánimam meam: * et non proposuérunt te in conspéctu suo.

Et tu, Dómine, Deus miserátor et miséricors, * patiens, et multæ misericórdiæ, et verax,

Réspice in me, et miserére mei, * da impérium tuum púero tuo: et salvum fac fílium ancíllæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, ut vídeant qui odérunt me, et confundántur: * quóniam tu, Dómine, adjuvísti me, et consolátus es me.

Glória Patri.

Psalmus 115

Crédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retríbuiam Dómino, * pro ómnibus, quæ retríbuit mihi?

Cálicem salutáris accípiam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo eius: * pretiósá in conspéctu Dómini mors sanctórum eius:

O Dómine, quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et fílius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiam laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui, Jerúsalem.

Glória Patri.

Psalmus 129

De profúndis clamávi ad te, Dómine: * Dómine, exáudi vocem meam:

Fiant aures tuæ intendéntes, * in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitátes observáveris, Dómine: * Dómine, quis sustinébit?

Quia apud te propitiátio est: * et propter legem tuam sustínui te, Dómine.

Sustínuit ánima mea in verbo ejus: * sperávit anima mea in Dómino.

A custódia matutína usque ad noctem: * speret Israel in Dómino.

Quia apud Dóminum misericórdia: * et copiósá apud eum redéemptio.

Et ipse rédimet Israë!, * ex ómnibus iniquitátibus ejus.

Glória Patri.

Deinde repetitur

Ant. Ne reminiscáris. Dómine, delícta nostra

vel paréntum nostrórum, neque vindíctam sumas de peccátis nostris. (*T. P. Allelúia.*)

Postea Sacerdos dicit:

Kýrie, eléison. Christe, eléison. Kýrie, eléison.

Pater noster.

Ÿ. Et ne nos indúcas in tentatiónem. R. Sed líbera nos a malo.

Ÿ. Ego dixi: Dómine, miserére mei. R. Sana ánimam meam, quia peccávi tibi.

Ÿ. Convértere, Dómine, aliquántulum. R. Et deprecáre super servos tuos.

Ÿ. Fiat misericórdia tua, Dómine, super nos. R. Quemádmódu sperávimus in te.

Ÿ. Sacerdótes tui induántur justítiam. R. Et Sancti tui exsúltent.

Ÿ. Ab occúltis meis munda me, Dómine. R. Et ab aliénis parce sérvó tuo.

Ÿ. Dómine, exáudi oratiónem meam. R. Et clamor meus ad te veniat.

Ÿ. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Orémus

Aures tuæ pietátis, mitíssime Deus, inclína précibus nostris, et grátia Sancti Spíritus illúmina cor nostrum: ut tuis mystériis digne ministráre, teque æténa caritáte dilígere mereámur.

Deus, cui omne cor patet et omnis volúntas lóquitur, et quem nullum latet secrétum: purífica per infusiónem Sancti Spíritus cogitatiónes cordis nostri; ut te perfécte dilígere, et digne laudáre mereámur.

Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviámus, et mundo corde placeámus.

Mentes nostras, quæsumus, Dómine, Paráclitus, qui a te procedit, illúminet: et indúcat in omnem, sicut tuus promísit Fílius, veritátem.

Adsit nobis, quæsumus, Dómine, virtus Spíritus Sancti: quæ et corda nostra cleménter expúrget et ab ómnibus tueátur advérsis.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere; et de ejus semper consolatióne gaudere.

Consciéntias nostras, quæsumus, Dómine, visitádo purífica: ut véniens Dóminus noster Jesus Christus, Fílius tuus, parátam sibi in nobis invéniat mansiónem: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculorum. Amen.

Oratio sacerdotis ante Missam

Indulgentia trium annorum pro qualibet ex sequentibus orationibus S. Ambrosii si in die assignata recitatur- Pius PP. XI, 3 Octobris 1936

Die Dominica

Summe Sacérdos et vere Póntifex, Jesu Christe, qui te obtulísti Deo Patri hóstiam puram et immaculátam in ara Crucis pro nobis míseris et peccatóribus, et qui dedísti nobis Carnem tuam ad manducándum et Sánguinem tuum ad bibéndum, et posuísti mystérium istud in virtúte Spíritus Sancti tui, dicens: Hæc quotiescúmque fecéritis, in mei memóriam faciétis: rogo per eúndem Sánguinem tuum, magnum salútis nostræ prétium, rogo per hanc miram et ineffábilem caritátem, qua nos míseros et indígnos sic amáre dignátus es, ut laváres nos a peccátis nostris in Sángvine tuo. Doce me servum tuum indígnum, quem inter cétera dona tua étiam ad offíciúm sacerdotále vocáre dignátus es, nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiæ tuæ; doce me, quæso, per Spíritum Sanctum tuum, tantum tractáre mystérium ea reveréntia et honóre, ea devotióne et timóre, quibus opórtet et decet. Fac me per grátiam tuam semper illud de tanto mystério crédere et intellégere, sentíre et fírmiter tenére, dícere et cogitáre, quod tibi placet et expédit ánimæ meæ. Intret Spíritus tuus bonus in cor meum, qui sonet ibi sine sono, et sine strépitú verbórum loquátur omnem

veritatem. Profunda quippe sunt nimis, et sacro tecta velamine. Propter magnam clementiam tuam concede mihi Missarum sollémnia mundo corde et pura mente celebrare. Libera cor meum ab immúndis et nefándis, vanis et nóxiis cogitátionibus. Muni me beatórum Angelórum pia et fida custódia ac tutéla fortíssima, ut hostes ómnium bonórum confúsi disce dant. Per virtútem tanti mystérii et per manum sancti Angeli tui, repélle a me et a cunctis servis tuis duríssimum spíritum supérbiæ et cenodóxiæ, invídiæ et blasphemíæ, fornicatiónis et immundítæ, dubietátis et diffidéntiæ. Confundántur, qui nos persecuúntur, péreant illi, qui nos pérdere festínant.

Feria II

Rex vírginum et amátor castitátis et intégritatis, coelésti rore benedictiόνis tuæ extíngue in córpore meo fómitem ardéntis libídinis, ut máneat in me tenor castitátis córporis et ánimæ. Mortífica in membris meis carnis stímulos omnésque libidinósas commotiónes, et da mihi veram et perpétuam castitátem cum céteris donis tuis, quæ tibi placent in veritáte: ut sacrificium laudis casto córpore et mundo corde váleam tibi offérre. Quanta enim cordis contritióne et lacrimárum fonte, quanta reveréntia et tremóre, quanta córporis castitáte et ánimæ puritáte istud divínium et coeléste sacrificium est celebrándum, ubi Caro tua in veritáte súmitur, ubi Sanguis tuus in veritáte bíbitur, ubi ima summis, terréna divínis jungúntur, ubi adest sanctórum Angelórum præséntia, ubi ut es sacrificium et sacérdos mirabíliter et ineffabíliter constitútus!

Feria III

Quis digne hoc sacrificium celebrare póterit, nisi tu, Deus omnípotens, offeréntem féceris dignum? Scio, Dómine, et vere scio, et idípsum pietáti tuæ confíteor,

quia non sum dignus accédere ad tantum mystérium propter nímia peccáta mea et infinitas neglegéntias meas. Sed scio, et veráciter ex toto corde meo credo et ore confíteor, quia tu potes me fácere dignum, qui solus potes fácere mundum de immúndo concéptum sémine, et de peccatóribus justos et sanctos. Per hanc omnipoténtiam tuam te rogo, Deus meus, ut concédas mihi peccatóri hoc sacrificium celebráre cum timore et tremóre, cum cordis puritáte et lacrimárum fonte, cum lætítia spiritáli et coelésti gáudio. Séntiat mens mea dulcédinem beatíssimæ præsentíæ tuæ, et excúbias sanctórum Angelórum tuórum in circúitu meo.

Feria IV

Ego enim, Dómine, memor venerándæ passiónis tuæ, accédo ad altáre tuum, licet peccátor, ut ófferam tibi sacrificium, quod tu instituísti et offérri præcepísti in commemoratióne tui, pro salute nostra. Súscipe illud, quæso, summe Deus, pro Ecclésia sancta tua et pro populo, quem acquisivísti Sángvine tuo. Et quóniam me peccatórum inter te et eúndem pópulum tuum médium esse voluísti, licet in me áliquod boni óperis testimónium non agnóscas, offícium saltem dispensatióis réditæ non recúses; nec per me indígnum eórum salutis péreat prétium, pro quibus víctima salutáris dignátus es esse et redéptio. Prófero étiam, Dómine (si dignéris propítius intuéri), tribulatióes plébi, perícula populórum, captivórum gémitus, misérias orphanórum, necéssitates peregrinórum, inópiam debílium, desperatióes languéntium, deféctus senum, suspíria juvenum, vota vírginum, laménta viduárum.

Feria V

Tu enim miseréris ómnium, Dómine, et nihil odísti eórum quæ fecísti. Memoráre,

quæ sit nostra substántia; quia tu Pater noster es, quia tu Deus noster es, ne irascáris satis, neque multitudínem víscerum tuórum super nos contíneas. Non enim in justificatióibus nostris prostérnimus preces ante fáciem tuam, sed in miseratióibus tuis multis. Aufer a nobis iniquitátes nostras, et ignem Sancti Spíritus in nobis cleménte accénde. Aufer cor lapídeum de carne nostra et da nobis cor cárneum, quod te amet, te dflígat, te delectétur, te sequáur, te perfruáur. Orámus, Dómine, cleméntiam tuam, ut seréno vultu famíliam tuam, sacri tui nóminis offícia præstolántem, aspícere dignéris; et, ut nullíus sit úrritum votum, nullíus vácuá postulátio, tu nobis preces súggere, quas ipse propítius audíre et exaudíre delectéris.

Feria VI

Rogámus te etiam, Dómine, sancte Pater, et pro spirítibus fidélium defunctorum, ut sit illis salus, sánitas, gáudium et refrigerium, hoc magnum pietátis sacraméntum. Dómine, Deus meus, sit illis hódie magnum et plenum convívium de te pane vivo, qui de coelo descendísti et das vitam mundo, de tua carne sancta et benedícta, Agni videlícet immaculáti, qui tollis peccáta mundi, quæ de sancto et glorióso beátæ Vírginis Mariæ útero est assúpta et de Spírítu Sancto concépta; ac de illo pietátis fonte, qui per lanceam mílitis ex tuo sacratíssimo látere emanávit: ut, exínde refécti et satiáti, refrigeráti et consoláti, exsúltent in laude et glória tua. Peto cleméntiam tuam, Dómine, ut descéndat super panem tibi sacrificándum plenitúdo tuæ benedictiós, et sanctificátió tuæ divinitátis. Descéndat étiam, Dómine, illa Sancti Spíritus tui invisíbilis incomprehensibilisque majéstas, sicut quondam in patrum hóstias descendébat; qui et oblatiós nostras Corpus et Sánguinem tuum effíciat, et me indígnum sacerdotem dóceat tantum tractáre mystérium cum

cordis puritate et lacrimarum devotione, cum reverentia et tremore, ita ut placide ac benigne suscipias sacrificium de manibus meis, ad salutem omnium tam vivorum quam defunctorum.

Sabbato

Rogo etiam te, Domine, per ipsum sacrosanctum mysterium Corporis et Sanguinis tui, quo cotidie in Ecclesia tua paschimur et potamur, ablumimur et sanctificamur, atque unius summæ divinitatis participes efficimur. Da mihi virtutes tuas sanctas, quibus repletus bona conscientia ad altare tuum accedam, ita ut hæc coelestia sacramenta efficiantur mihi salus et vita. Tu enim dixisti ore tuo sancto et benedicto: Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Ego sum panis vivus, qui de coelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum. Panis dulcissime, sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te sentiam dulcedinem. Panis candidissime, habens omne delectamentum et omnem saporem, qui nos semper reficis et numquam in te deficis: comedat te cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Manducat te Angelus ore pleno: manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Panis sancte, panis vive, panis munde, qui descendisti de coelo et das vitam mundo, veni in cor meum, et munda me ab omni inquinamento carnis et spiritus. Intra in animam meam, sana et munda me interius et exterius. Esto tutamen et continua salus animæ et corporis mei. Repelle a me insidiantes mihi hostes: recedant procul a presentia potentiae tuæ, ut, foris et intus per te munitus, recto tramite ad tuum regnum perveniam; ubi non in mysteriis, sicut in hoc tempore agitur, sed facie ad faciem te videbimus, cum tradideris regnum Deo et

Patri, et eris Deus ómnia in ómnibus. Tunc enim me de te satiábis satietáte mirífica, ita ut nec esúriam nec sítiam in ætérnum: Qui cum eodem Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas per omnia sæcula sæculórum. Amen.

Alia Oratio S. Ambrosii ante Missam

Indulgentia trium annorum

Pius PP. XI, 3 octobris 1936

Ad mensam dulcíssimi convívii tui, pie Dómine Jesu Christe, ego peccátor de própriis meis méritis nihil præsumens, sed de tua confídens misericórdia et bonitáte, accédere véreor et contremísco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculátum, mentem et linguam non caute custoditam.

Ergo, o pia Déitas, o treménda maiéstas, ego miser, inter angústias deprehensus, ad te fontem misericórdiæ recúrro, ad te festíno sanándus, sub tuam protectiónem fúgio; et, quem Júdicem sustinére néqueo, Salvatórem habere suspíro. Tibi, Dómine, plagas meas osténdo, tibi verecúndiam meam détego. Scio peccáta mea multa et magna, pro quibus tímeo; spero in misericórdias tuas, quarum non est númerus. Réspice ergo in me óculis misericórdiæ tuæ, Dómine Jesu Christe, Rex ætérne, Deus et homo, crucifixus propter hómíne. Exáudi me sperántem in te: miserére mei pleni misériis et peccátis, tui qui fontem miseratiónis numquam manáre cessábis. Salve, salutáris víctima, pro me et omni humáno géne in patíbulo Crucis oblata. Salve, nóbilis et pretióse Sanguis, de vulneribus crucifíxi Dómini mei Jesu Christi prófluens, et peccáta totius mundi ábluens. Recordáre, Dómine, creatúræ tuæ, quam tuo Sángvine redemísti. Páenitet me peccásse, cúpio emendáre quod feci. Aufer ergo a me, clementíssime Pater, omnes iniquitátes et peccáta mea; ut, purificátus mente et córpore, digne degustáre mérear Sancta sanctórum. Et concéde, ut hæc sancta

Oratio S. Ambrosii

Ad mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine Iesu Christe, ego peccator de propriis meis meritis nihil prasumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate, accedere vereor et contremisco. Nam cor et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non caute custoditam. Ergo, o pia Deitas, o tremenda maiestas, ego miser, inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordia recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio; et, quem Iudicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi, Domine, plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo: spero in misericordias tuas, quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordia tua, Domine Iesu Christe, Rex aterne, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in te: miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis numquam manare cessabis. Salve, salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo Crucis oblata. Salve, nobilis et pretiose Sanguis, de vulneribus crucifixi Domini mei Iesu Christi profluens, et peccata totius mundi abluens. Recordare, Domine, creatura tua, quam tuo Sanguine redemisti. Pœnitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo a me, clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea, ut, purificatus mente et corpore, digne degustare merear Sancta

prælibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, animæ quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis

*Indulgentia trium annorum; plenaria dummodo quotidiana orationis recitatio in integrum mensem producta fueri et præterea sacramentalis confessio, alicujus ecclesie vel publici oratorii visitatio et ad mentem Summi Pontificis preces additæ fuerint.- Pius PP. XI. 10 Decembris 1936
PP. XIII, 20 Dec. 1884*

Omnípotens sempitérne Deus, ecce, accédo ad sacraméntum unigéniti Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi; accédo tamquam infirmus ad médicum vitæ, immúndus ad fontem misericórdiæ, cæcus ad lumen claritátis æternæ, pauper et egénus ad Dóminum cæli et terræ. Rogo ergo imménsæ largitátis tuæ abundántiam, quatenus meam curáre dignéris infirmitátem, laváre foeditátem, illumináre cæcitaté, ditáre paupertátem, vestire nuditátem; ut panem Angelórum, Regem regum et Dóminum dominántium, tanta suscípam reveréntia et humilitáte, tanta contritióne et devotióne, tanta puritáte et fide, tali propósito et intentiόne, sicut expédit salúti animæ meæ. Da mihi, quæso, Domínici Córporis et Sanguinis non solum suscípere sacraméntum, sed étiam rem et virtútem sacraménti. O mitíssime Deus, da mihi Corpus unigéniti Filii tui, Dómini nostri Jesu Christi, quod traxit de Vírgine María, sic suscípere, ut córpori suo mystico mérear incorporári, et inter ejus membra connumerári. O amantíssime Pater, concéde mihi diléctum Fílium tuum, quem nunc

sanctorum. Et concede, ut hac sancta pralibatio Corporis et Sanguinis tui, quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio ac bonorum sensuum regeneratio, operumque tibi placentium salubris efficacia, anima quoque et corporis contra inimicorum meorum insidias firmissima tuitio. Amen.

Oratio S. Thomæ Aquinatis

Omnipotens sempiterne Deus, ecce accedo ad sacramentum Unigeniti Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, accedo tamquam infirmus ad medicum vitæ immundus ad fontem misericordiae, cæcus ad lumen claritatis æternæ, pauper et egenus ad Dominum cæli et terræ. Rogo ergo immensæ largitatis tuae abundantiam, quatenus meam curare digneris infirmitatem, lavare foeditatem, illuminare cæcitatem, ditare paupertatem, vestire nuditatem, ut panem Angelorum, Regem regum et Dominum dominantium, tanta suscipiam reverentia et humilitate, tanta contritione et devotione, tanta puritate et fide, tali proposito et intentione, sicut expedit saluti animæ meæ. Da mihi, quæso, dominici Corporis et Sanguinis non solum suscipere sacramentum, sed etiam rem et virtutem sacramenti. O mitissime Deus, da mihi Corpus Unigeniti Filii tui, Domini nostri Iesu Christi, quod traxit de Virgine Maria, sic suscipere, ut corpori suo mystico merear incorporari et inter eius membra connumerari. O amantissime Pater, concede

velátum in via suscipere propóno, reveláta tandem fácie perpétuo contemplári: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sáecula sáeculórum. Amen.

***Oratio ad B. M. V.
ante Missam***

*Indulgentia trium annorum.- Pius PP. XI, 3
Oct. 1936*

O Mater pietátis et misericórdiæ, beatíssima Virgo María, ego miser et indignus peccátor ad te confúgio toto corde et afféctu; et precor pietátem tuam, ut, sicut dulcíssimo Fílio tuo in Cruce pendénti astítisti, ita et mihi, mísero peccatóri, et sacerdotibus ómnibus, hic et in tota sancta Ecclésia hódie offeréntibus, cleménte assístere dignéris, ut, tua grátia adjúti, dignam et acceptábilem hóstiam in conspéctu summæ et indivíduæ Trinitátis offerre valeámus. Amen.

Preces ad S. Joseph

*Indulgentia trium annorum.- Pius PP. XI, 3
Oct. 1936*

O félicem virum, beátum Joseph, cui datum est, Deum, quem multi reges voluerunt vidére et non vidérunt, audíre et non audiérunt, non solum vidére et audíre, sed portáre, deosculári, vestíre et custodíre !

Ÿ. Ora pro nobis, beáte Joseph. R. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Orémus.

Deus, qui dedísti nobis regále acerdótium: præsta, quæsumus; ut, sicut beátus Joseph unigénitum Fílium tuum, natum ex María Vírgine, suis ánibus reverénte tractáre méruit et portáre, ita nos fácias cum cordis mundítia et óperis innocéntia tuis sanctis altáribus deservíre, ut sacrosánctum Fílii tui Corpus et Sáanguinem hódie digne sumámus, et in futúro sáeculo præmium habére mereámur ætérnum. Per eúndem Christum, Dóminum nostrum. Amen.

mihi dilectum Filium tuum, quem nunc velatum in via suscipere propono, revelata tandem facie perpetuo contemplari: Qui tecum vivit et regnat in sáecula saculorum. Amen.

Oratio ad B. Mariam Virginem

O Mater pietátis et misericórdiæ, beatíssima Virgo María, ego miser et indignus peccátor ad te confúgio toto corde et afféctu; et precor pietátem tuam, ut, sicut dulcíssimo Fílio tuo in Cruce pendénti astítisti, ita et mihi, mísero peccatóri, et sacerdotibus ómnibus, hic et in tota sancta Ecclésia hódie offeréntibus, cleménte assístere dignéris, ut, tua grátia adiúti, dignam et acceptábilem hóstiam in conspéctu summæ et indivíduæ Trinitátis offerre valeámus. Amen.

Oratio ad omnes Angelos et Sanctos

*Indulgentia trium annorum.- Pius PP. XI, 3
Oct. 1936*

Angeli, Archángeli, Throni, Dominatiónes, Principátus, Potestátes, Virtútes coelórum, Chérubim atque Séraphim, omnes Sancti et Sanctæ Dei, præsertim Patróni mei, intercédere dignémini pro me, ut hoc sacrificium Deo omnipoténti digne váleam offérre, ad laudem et glóriam nóminis sui et ad utilitátem meam totiúsque Ecclésiæ suæ sanctæ. Amen.

***Oratio ad Sanctum in cuius
honorem Missa celebratur***

*Indulgentia trium annorum.- Pius PP XI, 3
Oct. 1936*

O sancte N., ecce, ego miser peccátor, de tuis méritis confísus, óffero nunc sacratíssimum sacraméntum Córporis et Sánguini Dómini nostri Iesu Christi pro tuo honóre et glória. Precor te humíliter et devóte, ut pro me hódie intercédere dignéris, ut tantum sacrificium digne et acceptabíliter offérre váleam, ut eum tecum et cum ómnibus eléctis eius æternáliter laudáre, atque cum eo regnáre váleam: Qui vivit et regnat in sæcula sæculórum. Amen.

Declaratio intentionis ante Missam

*Indulgentia quingentorum dierum.- Pius Pp.
XI, 12 iulii 1935.*

Ego volo celebráre Missam, et confícere Corpus et Sánguinem Dómini nostri Iesu Christi, iuxta ritum sanctæ Románæ Ecclésiæ, ad laudem omnipoténtis Dei totiúsque Cúriæ triumphántis, ad utilitátem meam totiúsque Cúriæ militántis, pro ómnibus, qui se commendavérunt oratióibus meis in génere et in spécie, et pro felíci statu sanctæ Románæ Ecclésiæ. Amen.
Gáudium cum pace, emendatiónem vitæ,

Formula intentionis

Ego volo celebrare Missam, et conficere Corpus et Sanguinem Domini nostri Iesu Christi, iuxta ritum sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ad laudem omnipotentis Dei totiusque Curia triumphantis, ad utilitatem meam totiusque Curia militantis, pro omnibus qui se commendaverunt orationibus meis in genere et in specie, et pro felici statu sanctæ Romanæ Ecclesiæ.

spátium veræ pæniténtiæ, grátiam et consolationem Sancti Spíritus, perseverántiam in bonis opéribus tríbuat nobis omnípotens et miséricors Dóminus. Amen.

ORATIONES
DIGENDÆ CUM SACERDOS
INDUITUR SACERDOTALIBUS
PARAMENTIS

Indulgentia centum dierum pro singulis orationibus. Pius Pp. XII, 14 ianuarii 1940.

Cum lavat manus, dicat:

Da, Dómine, virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam; ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre.

Ad Amictum, dum ponitur super caput, dicat:

Impóne, Dómine, cápiti meo gáleam salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

Ad Albam, cum ea induitur:

Deálba me, Dómine, et munda cor meum; ut, in Sáanguine Agni dealbátus, gáudiis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum, dum se cingit:

Præcínge me, Dómine, cíngulo puritátis, et exstíngue in lumbis meis humórem libídinis; ut máneat in me virtus continéntiæ et castitátis.

Ad Manipulum, dum imponitur brachio sinistro:

Mérear, Dómine, portáre manípulum fletus et dolóris; ut cum exsultatióne recípiam mercédem labóris.

Ad Stolum, dum imponitur collo:

Redde mihi, Dómine, stolam immortalitátis, quam pérdidi in prævaricatióne primi paréntis: et, quamvis indígnus accédo ad tuum sacrum mystérium, mérear tamen gáudium sempitérnum.

Ad Casulam, cum assumitur:

Dómine, qui dixísti: Iugum meum suáve est et onus meum leve: fac, ut istud portáre sic váleam, quod cónsequar tuam grátiam. Amen.

Amen.

Gaudium cum pace, emendationem vitæ, spatium veræ panitentiae, gratiam et consolationem Sancti Spiritus, perseverantiam in bonis operibus, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus. Amen.

ORATIONES

DICENDÆ AB EPISCOPO QUANDO IN PONTIFICALIBUS CELEBRAT

Indulgentia centum dierum pro singulis orationibus.

Pius Pp. XII, 14 ianuarii 1940.

Ad Caligas:

Cálcea, Dómine, pedes meos in præparatióem evangéllii pacis, et prótege me in velaménto alárum tuárum.

Cum exuitur Cappa:

Exue me, Dómine, véterem hóminem cum móribus et áctibus suis: et índue me novum hóminem, qui secúndum Deum creátus est in justítia, et sanctitáte veritátis.

Cum lavat manus:

Da, Dómine, virtútem mánibus meis ad abstergéndam omnem máculam immúndam: ut sine pollutióne mentis et córporis váleam tibi servíre.

Ad Amictum:

Impóne, Dómine, gáleam salútis in cápite meo ad expugnándas omnes diabólicas fraudes, inimicórum ómnium versútias superándo.

Ad Albam:

Deálba me, Dómine, et a delícto meo munda me: ut cum his, qui stolas suas dealbavérunt in Sáanguine Agni, gáudiis pérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum:

Præcíngé me, Dómine, cíngulo fídei et virtúte castitátis lumbos meos, et exstíngue in eis humórem libídinis; ut júgiter máneat in me vigor totíus castitátis.

Cum accipit Crucem pectoralem:

Muníre dignéris me, Dómine Jesu Christe, ab ómnibus insídiis inimicórum ómnium, signo sanctíssimæ Crucis tuæ: ac concédere dignéris mihi, indigno servo tuo, ut sicut hanc Crucem, Sanctórum tuorum relíquiis refértam, ante pectus meum téneo, sic semper mente retíneam et memoriám passionis et sanctórum victórias Mártyrum.

Ad Stolam:

Redde mihi, Dómine, obsecro, stolam immortalitátis, quam pérdidi in

prævaricatióne primi paréntis: et, quamvis indígnus accédere præsumo ad tuum sacrum mystérium cum hoc ornamento, præsta, ut in eódem in perpétuum mérear lætári.

Ad Tunicellam:

Túnica iucunditátis et indumento lætitiæ induat me Dóminus.

Ad Dalmaticam:

Indue me, Dómine, indumento salutis et vestiménto lætitiæ; et dalmática iustitiæ circúmnda me semper.

Ad Chirothecas:

Circúmnda, Dómine, manus meas mundítia novi hóminis, qui de coelo descéndit: ut, quemádmódum Jacob diléctus tuus, pellículis hædórum opértis manibus, patérnam benedictiónem, obláto patri cibo potúque gratíssimo, impetrávit; sic et obláta per manus nostras salutáris hóstia, grátiae tuæ benedictiónem mérear. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui in similitúdinem carnis peccáti pro nobis óbtulit semetípsum.

Ad Planetam:

Dómine, qui dixísti: Iugum meum suáve est et onus meum leve: præsta, ut illud portáre sic váleam, quod possim conséqui tuam grátiam.

Ad Mitram:

Mitram, Dómine, et salutis gáleam impóne cápiti meo; ut contra antíqui hostis omniúmque inimicórum meórum insídias inoffénsus evádam.

Ad Anulum:

Cordis et córporis mei, Dómine, dígitos virtúte decora, et septifórmis Spíritus sanctificatióne circúmnda.

Ad Manipulum:

Mérear, precor, Dómine, manípulum portáre mente flébili; ut cum exsultatióne portióne accípiam cum iustis.

ORATIONES

DICENDAE AB EPISCOPO CUM NON

IN PONTIFICALIBUS CELEBRAT

*Indulgentia centum dierum pro singulis
orationibus. Pius Pp. XII, 14 ianuarii 1940.*

Cum exiitur Cappa:

Exue me, Dómine, véterem
hóminem cum móribus et áctibus suis: et
índue me novu hóminem, qui secúndum
Deum creátus est in justítia, et sanctitáte
veritátis.

Cum lavat manus:

Da, Dómine, virtútem mánibus meis ad
abstergéndam omnem máculam immúndam:
ut sine pollutióne mentis et córporis váleam
tibi servíre.

Ad Amictum:

Impone, Dómine, cápiti meo gáleam
salútis, ad expugnándos diabólicos incúrsus.

Ad Albam:

Deálba me, Dómine, et munda
cor meum: ut, in Sáanguine Agni dealbátus,
gáudiispérfruar sempitérnis.

Ad Cingulum:

Præcínge me, Dómine, cingulo puritátis, et
extíngue in lumbis meis humórem
libídinis: ut máneat in me virtus continétiæ
et castitátis.

Cum accipit Crucem pectoralem:

Muníre dignéris me, Dómine Iesu Christe,
ab ómnibus insídiis inimicórum ómnium,
signo sanctíssimæ Crucis tuæ: ac concédere
dignéris mihi, indígno servo tuo, ut sicut
hanc Crucem, Sanctórum tuórum relíquiis
refértam, ante pectus meum téneo, sic
semper mente retíneam et memóriam
passiόνis et sanctórum victórias Mártyrum.

Ad Stolam:

Redde mihi, Dómine, stolam immortalitátis,
quam pérdidi in prævaricatióne primi
paréntis; et, quamvis indígnum accédo ad
tuum sacrum mystérium, mérear tamen
gáudium sempitérnum.

Ad Planetam:

Dómine, qui dixísti: Iugum meum suáve est
et onus meum leve: præsta, ut illud portáre
sic váleam, quod possim conséqui tuam
grátiam.

Ad Manipulum:

Mérear, precor, Dómine, manípulum portare mente flébili: ut cum exsultatione portiónem accípiam cum iustis.

ORDO MISSÆ

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo crucis a fronte ad pectus, et, nisi peculiari rubrica aliter statuatur, clara voce dicit:

In nómine Patris, et Fílii, et Spíritus Sancti.

Amen.

Deinde, junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam:

Introíbo ad altáre Dei.

Ministri respondent:

Ad Deum, qui lætíficat iuventútem meam.

Postea alternatim cum Ministris dicit sequentem

Ps. 42, 1-5.

Júdica me, Deus, et discérne causam meam de gente non sancta: ab hómine iníquo et dolóso érué me.

M. Quia tu es, Deus, fortitudo mea: quare me reppulísti, et quare tristis incédo, dum afflígit me inimícus?

S. Emítte lucem tuam et veritátem tuam: ipsa me deduxérunt, et adduxérunt in montem sanctum tuum et in tabernácula tua.

M. Et introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætíficat juventútem meam.

S. Confitébor tibi in cithara, Deus, Deus meus: quare tristis es, ánima mea, et quare contúrbas me?

M. Spera in Deo, quóniam adhuc confitébor illi: salutáre vultus mei, et Deus

ORDO MISSÆ*Ritus initiales*

1. Populo congregato, sacerdos cum ministris ad altare accedit, dum cantus ad introitum peragitur. Cum ad altare pervenerit, facta cum ministris profunda inclinatione, osculo altare veneratur et, pro opportunitate, crucem et altare incensat. Postea cum ministris sedem petit. Cantu ad introitum absoluto, sacerdos et fideles, stantes, signant se signo crucis, dum sacerdos, ad populum conversus, dicit:

In nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti.

Populus respondet:

Amen.

2. Deinde sacerdos, manus extendens, populum salutatur, dicens:

Gratia Domini nostri Iesu Christi, et caritas Dei, et communicatio Sancti Spiritus sit cum omnibus vobis.

Vel:

Gratia vobis et pax a Deo Patre nostro et Domino Iesu Christo.

Vel:

Dominus vobiscum.

Populus respondet:

Et cum spiritu tuo.

Episcopus, loco Dominus vobiscum, in hac prima salutatione dicit:

Pax vobis.

3. Sacerdos, vel diaconus vel alius minister, potest brevissimis verbis introducere fideles in Missam diei.

meus.

S. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto.

M. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper: et in sácula sæculórum. Amen.

Sacerdos repetit Antiphonam:

Introíbo ad altáre Dei.

R. Ad Deum, qui lætíficat
iuventútem meam.

Signat se, dicens:

Ÿ. Adiutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit coelum et terram.

Deinde iunctis manibus profunde inclinatus facit Confessionem.

¶ In Missis Defunctorum, et in Missis de Tempore a Dominica Passionis usque ad Sabbatum sanctum exclusive, omittitur Psalmus Iúdica me, Deus, cum Glória Patri, et repetitione Antiphonæ, sed dicto In nómine Patris, Introíbo, et Adjutórium, fit conféssio, ut sequitur:

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Maríæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus Sanctis, et vobis, fratres: quia peccávi nimis cogitatíone, verbo et opere: (*Percutit sibi pectus ter, dicens:*) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Maríam semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dóminum, Deum nostrum.

Ministri respondent:

Misereátur tui omnípotens Deus, et, dimíssis peccátis tuis, perdúcat te ad vitam ætérnam.

Sacerdos dicit: Amen, *et erigit se.*

Deinde Ministri repetunt Confessionem:

et ubi a Sacerdote dicebatur vobis, fratres, et vos, fratres, a Ministris dicitur tibi, pater, et te, pater.

Postea Sacerdos, iunctis manibus, facit

*Actus panitentialis **

4. Deinde sequitur actus panitentialis ad quem sacerdos fideles invitat, dicens:

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Fit brevis pausa silentii. Postea omnes simul formulam confessionis generalis perficiunt:

Confíteor Deo omnipotenti

et vobis, fratres,

quia peccavi nimis cogitatione, verbo, opere et omissione:

et, percutientes sibi pectus, dicunt:

mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Deinde prosequuntur: Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, omnes Angelos et Sanctos, et vos, fratres, orare pro me ad Dominum Deum nostrum.

absolutionem, dicens:

Misereatur vestri omnipotens Deus, et, dimissis peccatis vestris, perducat vos ad vitam æternam. *R.* Amen.

Signat se signo crucis, dicens:

Indulgéntiam, absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum tríbuat nobis omnipotens et miséricors Dóminus. *R.* Amen.

Et inclinatus prosequitur:

☩. Deus, tu convérsus vivificábis nos. *R.* Et plebs tua lætábitur in te.

☩. Osténde nobis, Dómine, misericórdiam tuam. *R.* Et salutáre tuum da nobis.

☩. Dómine, exáudi oratióem meam. *R.* Et clamor meus ad te véniat.

☩. Dóminus vobíscum. *R.* Et cum spíritu tuo.

Et extendens ac jungens manus, clara voce dicit: Orémus, ei ascendens ad Altare, dicit secreto:

Aufer a nobis, quæsumus, Dómine, iniquitates nostras: ut ad Sancta sanctorum puris mereámur méntibus introíre. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Deinde, manibus junctis super Altare, inclinatus dicit:

Orámus te, Dómine, per mérita Sanctorum tuorum, (*Osculatur Altare in medio*) quorum reliquiæ hic sunt, et ómnium Sanctorum: ut indulgére dignéris ómnia peccáta mea. Amen.

¶ In Missa sollemni, quae non sit defunctorum, celebrans, antequam legat Introitum, benedicit incensum, dicens:

Ab illo bene ☩ dicáris, in cuius honore cremáberis. Amen.

Et, accepto thuribulo a Diacono, incensat Altare, nihil dicens. Postea Diaconus,

Sequitur absolutio sacerdotis:

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam.

* *Die dominica, prasertim tempore paschali, loco consueti actus panitentialis, quandoque fieri potest benedictio et aspersio aqua in memoriam baptismi, ut in Appendice II (pp. 1249-1252).*

Populus respondet:

Amen.

*Vel:**5. Sacerdos fideles invitat ad actum panitentialem:*

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Fit brevis pausa silentii. Postea sacerdos dicit:

Miserere nostri, Domine.

Populus respondet:

Quia peccavimus tibi.

Sacerdos:

Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.

Populus:

Et salutare tuum da nobis.

Sequitur absolutio sacerdotis:

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducat nos ad vitam æternam.

Populus respondet:

Amen.

*Vel:**6. Sacerdos fideles invitat ad actum panitentialem:*

Fratres, agnoscamus peccata nostra, ut apti simus ad sacra mysteria celebranda.

Fit brevis pausa silentii. Postea sacerdos, vel diaconus vel alius minister, sequentes, vel alias, invocationes cum Kyrie, eleison profert:

recepto thuribulo a Celebrante, incensat illum tantum. Deinde Celebrans signans se signo crucis incipit Introitum: quo finito, junctis manibus, alternatim cum Ministris dicit:

Kýrie, eléison. Kýrie, eléison.
 Kýrie, eléison.
 Christe, eléison. Christe, eléison.
 Christe, eléison.
 Kýrie, eléison. Kýrie, eléison.
 Kýrie, eléison.

Postea in medio Altaris extendens et jungens manus, caputque aliquantulum inclínans, dicit, si dicendum est, Glória in excélsis Deo, et prosequitur junctis manibus. Cum dicit Adorámus te, Grátias agimus tibi, et Jesu Christe, et Suscipe deprecationem, inclinát caput; et in fine dicens: Cum Sancto Spírítu, signat se a fronte ad pectus.

I — In Duplicibus, et sollemnibus diebus

II — In Missis beatæ Mariæ Virginis.

III — In Dominicis et in Festis semiduplicibus, atque infra Octavas, quæ non sint beatæ Mariæ Virginis.

IV — In Festis simplicibus .

Gloria in excelsis Deo

Et in terra pax homínibus bonæ voluntátis.

Laudámus te. Benedícimus te. Adorámus

te. Glorificámus te. Grátias ágimus tibi

Qui missus es sanare contritos corde: Kyrie, eleison.

Populus respondet:

Kyrie, eleison.

Sacerdos:

Qui peccatores vocare venisti: Christe, eleison.

Populus:

Christe, eleison.

Sacerdos:

Qui ad dexteram Patris sedes, ad interpellandum pro nobis:

Kyrie, eleison.

Populus:

Kyrie, eleison.

Sequitur absolutio sacerdotis:

Misereatur nostri omnipotens Deus et, dimissis peccatis nostris, perducatur nos ad vitam æternam.

Populus respondet:

Amen.

7. Sequuntur invocationes Kyrie, eleison, nisi iam praceserint in aliqua formula actus pænitentialis.

V. Kyrie, eleison. R. Kyrie, eleison.

V. Christe, eleison. R. Christe, eleison.

V. Kyrie, eleison. R. Kyrie, eleison.

Aliæ melodiæ in Graduali romano inveniuntur.

8. Deinde, quando præscribitur, cantatur vel dicitur hymnus: Toni integri in Graduali romano inveniuntur.

IV.- Tempora Paschalis (Missa I)

II.- Dominica per annum (Missa XI)

V.- In sollemnitatibus et festis (Missa VIII)

VII.- In festis B. V. Mariæ (Missa IX)

IV.- In festis apostolorum (Missa IV)

<p>propter magnam glóriam tuam. Dómine Deus, Rex coeléstis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili unigénite, Jesu Christe. Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris. Qui tollis peccáta mundi, miserére nobis. Qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatióem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus. Tu solus Dóminus. Tu solus Altíssimus, Jesu Christe. Cum Sancto Spírítu in glória Dei Patris. Amen.</p> <p><i>Deinde osculatur Altare in medio, et versus ad populum dicit:</i></p> <p>☩. Dóminus vobíscum. ☩. Et cum spírítu tuo.</p> <p><i>Postea dicit: Orémus, et Orationes, unam aut plures, ut ordo Officii postulat. Sequitur Epístola, Graduale, Tractus, vel Allelúia cum Versu, aut Sequentia, prout Tempus aut qualitas Missæ postulat.</i></p>	<p>Gloria in excelsis Deo</p> <p>Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudámus te, benedícimus te, adorámus te, glorificámus te, grátias ágimus tibi propter magnam glóriam tuam, Dómine Deus, Rex cælestis, Deus Pater omnípotens. Dómine Fili Unigénite, Iesu Christe, Dómine Deus, Agnus Dei, Fílius Patris, qui tollis peccáta mundi, miserére nobis; qui tollis peccáta mundi, súscipe deprecatióem nostram. Qui sedes ad déxteram Patris, miserére nobis. Quóniam tu solus Sanctus, tu solus Dóminus, tu solus Altíssimus, Iesu Christe, cum Sancto Spírítu: in glória Dei Patris. Amen.</p> <p><i>9. Quo hymno expleto, sacerdos, manibus iunctis, dicit: Oremus.</i></p> <p><i>Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant.</i></p> <p><i>Tunc sacerdos, manibus extensis, dicit orationem collectam, qua expleta, populus acclamat:</i></p> <p>Amen.</p> <p><i>Liturgia verbi</i></p>
---	---

1.1- ANÁLISE DOS DADOS

2. OFERTÓRIO: DA CONCLUSÃO DO EVANGELHO ATÉ O PREFÁCIO (PREFÁCIO EXCLUÍDO)

Missal de 1570/1962	Missal de 1970/2002
<p><i>Deinde ad medium Altaris extendens, elevans et jungens manus, dicit, si dicendum est, Credo in unum Deum, et prosequitur junctis manibus. Cum dicit Deum, caput Cruci inclinatur: quod similiter facit, cum dicit Jesum Christum, et simul adoratur. Ad illa autem verba Et incarnatus est, genuflectit usque dum dicatur Et homo factus est. In fine ad</i></p> <p>Et vitam venturi sæculi, <i>signat se signo crucis a fronte ad pectus.</i></p> <p>Credo in unum Deum. Patrem omnipotentem, factorem coeli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Jesum Christum, Fílium Dei unigénitum. Et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómnes et propter nostram salutem descendit de coelis. (<i>Hic genuflectitur</i>)</p> <p>Et incarnatus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine: Et homo factus est. Crucifíxus étiam pro nobis: sub Póntio Piláto passus, et sepúltus est. Et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras. Et ascendit in coelum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum glória iudicáre vivos et mórtuos: cujus regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio simul adoratur et conglorificatur: qui</p>	<p>17. Deinde fit homilia, quæ a sacerdote vel diacono habenda est omnibus diebus dominicis et festis de præcepto; aliis diebus commendatur.</p> <p>18. Homilia expleta, cantatur vel dicitur, quando præscribitur, symbolum seu professio fidei: Toni integri in Graduali romano inveniuntur.</p> <p>Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibílium ómnium et invisibílium. Et in unum Dóminum Iesum Christum, Fílium Dei Unigénitum, et ex Patre natum ante ómnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero, génitum, non factum, consubstantiálem Patri: per quem ómnia facta sunt. Qui propter nos hómnes et propter nostram salutem descendit de cælis. (<i>Ad verba quæ sequuntur, usque ad factus est, omnes se inclinant.</i>)</p> <p>Et incarnatus est de Spíritu Sancto ex María Vírgine, et homo factus est. Crucifíxus étiam pro nobis sub Póntio Piláto; passus et sepúltus est, et resurrexit tértia die, secúndum Scriptúras, et ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum glória, iudicáre vivos et mórtuos, cuius regni non erit finis. Et in Spíritum Sanctum, Dóminum et vivificántem: qui ex Patre Filióque procedit. Qui cum Patre et Fílio simul adoratur et conglorificatur: qui</p>

locútus est per Prophétas. Et unam sanctam cathólicam et apostolicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et exspécto resurrectionem mortuórum. Et vitam ventúri sæculi. Amen.

locútus est per prophétas. Et unam, sanctam, cathólicam et apostólicam Ecclésiám. Confíteor unum baptísma in remissionem peccatórum. Et exspécto resurrectionem mortuórum, et vitam ventúri sæculi. Amen.

19. Loco symboli nicæno-constantinopolitani, præsertim tempore Quadragesimæ et tempore paschali, adhiberi potest symbolum baptismale Ecclesiæ Romanæ sic dictum Apostolorum.

Credo in unum Deum Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ, et in Iesum Christum, Fílium eius únicum, Dóminum nostrum, (Ad verba quæ sequuntur, usque ad María Vírgine, omnes se inclinant.) qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Vírgine, passus sub Póntio Piláto, crucifíxus, mórtuus, et sepúltus, descéndit ad ínferos, tértia die resurréxit a mórtuis, ascéndit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis, inde ventúrus est iudicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám cathólicam, sanctorum communionem, remissionem peccatórum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam. Amen.

20. Deinde fit oratio universalis, seu oratio fidelium.

Liturgia eucharistica

21. His absolutis, incipit cantus ad offertorium. Interim ministri corporale, purificatorium, calicem, pallam et missale super altare collocant.

22. Expedit ut fideles participationem suam oblatione manifestent, afferendo sive panem et vinum ad Eucharistiæ celebrationem, sive alia dona, quibus necessitatibus Ecclesiæ et pauperum subveniatur.

Deinde osculatur Altare, et versus ad populum, dicit: V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Postea dicit: Orémus, et Offertorium. Quo dicto. si est Missa sollemnis, Diaconus porrigit Celebranti Patenam cum Hostia: si privata, Sacerdos ipse accipit Patenam cum Hostia, quam offerens, dicit:

Súscipe, sancte Pater, omnipotens ætérne Deus, hanc immaculátam hóstiam, quam ego indignus fámulus tuus óffero tibi Deo meo vivo et vero, pro innumerábilibus peccátis, et offensió nibus, et neglegéntiis meis, et pro ómnibus circumstántibus, sed et pro ómnibus fidélibus christiánis vivis atque defúntis: ut mihi, et illis proficiat ad salútem in vitam ætérnam. Amen.

Deinde faciens crucem cum eadem Patena, deponit Hostiam super Corporale.

Diaconus ministrat vinum, Subdiaconus aquam in Calice: vel si privata est Missa, utrumque infundií Sacerdos, et aquam miscendam in Calice benedicit signo crucis, dicens:

Deus, qui humánæ substántiæ dignitátem mirábiliter condidísti, et mirábiliter reformásti: da nobis per huius aquæ et vini mystérium, eius divinitátis esse consórtes, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps, Jesus Christus, Fílius tuus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spírítus Sancti Deus: per

23. Sacerdos, stans ad altare, accipit patenam cum pane, eamque ambabus manibus aliquantulum elevatam super altare tenet, submissa voce dicens:

Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accévimus panem, quem tibi offérimus, fructum terræ et óperis mánuum hóminum: ex quo nobis fiet panis vitæ.

Deinde deponit patenam cum pane super corporale. Si vero cantus ad offertorium non peragitur, sacerdoti licet hæc verba elata voce proferre; in fine populus acclamare potest:

Benedíctus Deus in sæcula.

24. Diaconus, vel sacerdos, infundit vinum et parum aquæ in calicem, dicens secreto:

Per huius aquæ et vini mystérium eius efficiámur divinitátis consórtes, qui humanitátis nostræ fieri dignátus est párticeps.

omnia sæcula sæculórum. Amen.

¶ In Missis Defunctorum dicitur prædicta Oratio: sed aqua non benedicitur.

Postea accipit Calicem, et offert dicens:

Offérimus tibi, Dómine, cálicem salutáris, tuam deprecántes cleméntiam: ut in conspéctu divínæ majestátis tuæ, pro nostra et totíus mundi salute, cum odóre suavitátis ascéndat. Amen.

Deinde facit signum crucis cum Calice, et illum ponit super Corporale, et Palla cooperit:

tum, junctis manibus super Altare, aliquantulum inclinatus, dicit:

In spírítu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine: et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

Erectus expandit manus, easque in altum porrectas jungens, elevátis ad coelum oculis et statim demissis, dicit:

Veni, sanctificátor omnípotens ætérne Deus: *Benedicit Oblata, proseguendo:* et bene + dic hoc sacrificium, tuo sancto nómini præparátum.

Postea, si sollemniter celebrat, benedicit incensum, dicens:

Per intercessiónem beáti Michaélis Archángeli, stantis a dextris altáris incénsi, et ómnium electórum suórum, incensum istud dignétur Dóminus bene ☩ dícere, et in odórem

25. Postea sacerdos accipit calicem, eumque ambabus manibus aliquantulum elevatum super altare tenet, submissa voce dicens:

Benedíctus es, Dómine, Deus univérsi, quia de tua largitáte accépinus vinum, quod tibi offérimus, fructum vitis et óperis mánuum hóminum, ex quo nobis fiet potus spiritalís.

Deinde calicem super corporale deponit. Si vero cantus ad offertorium non peragitur, sacerdoti licet hæc verba elata voce proferre; in fine populus acclamare potest: Benedíctus Deus in sæcula.

26. Postea sacerdos, profunde inclinatus, dicit secreto:

In spírítu humilitátis et in ánimo contríto suscipiámur a te, Dómine; et sic fiat sacrificium nostrum in conspéctu tuo hódie, ut pláceat tibi, Dómine Deus.

suavitatis accipere. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Et, accepto thuribulo a Diacono, incensat Oblata, modo in Rubricis præscripto, dicens:

Incensum istud a te benedictum ascéndat ad te, Dómine: et descéndat super nos misericórdia tua.

Deinde incensat Altare, dicens:

Ps. 140, 2-4.

Dirigátur, Dómine, orátio mea, sicut incensum, in conspéctu tuo: elevátio mánuum meárum sacrificium vespertinum. Pone, Dómine, custódiam ori meo, et óstium circumstántiæ lábiis meis: ut non declínet cor meum in verba malítiæ, ad excusándas excusatiónes in peccátis.

Dum reddit thuribulum Diacono, dicit:

Accéndat in nobis Dóminus ignem sui amóris, et flammam æternæ caritátis. Amen.

Postea incensatur Sacerdos a Diacono, deinde alii per ordinem. Interim Sacerdos lavat manus, dicens:

Ps. 25, 6-12.

Lavábo inter innocétes manus meas: et circúmdabo altáre tuum. Dómine:
 Ut áudiam vocem laudis, et enárrem univérsa mirabília tua. Dómine, diléxi decórem domus tuæ et locum habitatiónis glóriæ tuæ.
 Ne perdas cum ímpiis, Deus, ánimam meam, et cum viris sánguinum vitam meam:
 In quorum mánibus iniquitátes sunt: délixera eórum repléta est munéribus.

27. Et, pro opportunitate, incensat oblata, crucem et altare.

Postea vero diaconus vel alius minister incensat sacerdotem et populum. Deinde sacerdos, stans ad latus altaris, lavat manus, dicens secreto:

Lava me, Dómine, ab iniquitáte mea, et a peccáto meo munda me.

Ego autem in innocéntia
mea ingrédessus sum: rédime
me et miserére mei.

Pes meus stetit in dirécto: in
ecclésiis benedícam te, Dómine.
Glória Patri, et Fílio, et Spirítui
Sancto.

Sicut erat in princípio, et
nunc, et semper: et in sácula
sæculórum. Amen.

¶ *In Missis Defunctorum, et Tempore
Passionis in Missis de Tempore omittitur
Glória Patri.*

*Deinde, aliquantulum inclinatus in medio
Altaris, junctis manibus super eo, dicit:*

Súscipe, sancta Trinitas, hanc oblatiónem,
quam tibi offérimus ob memóriam passiónis,
resurrectiόnis, et ascensiόnis Jesu Christi,
Dómini nostri: et in honórem beátæ Mariæ
semper Vírginis, et beáti Joannis Baptistæ,
et sanctórum Apostolórum Petri et Pauli, et
istórum et ómnium Sanctórum: ut illis
proficiat ad honórem, nobis autem ad
salútem: et illi pro nobis intercédere
dignéntur in coelis, quorum memóriam
ágimus in terris. Per eúndem Christum,
Dóminum nostrum. Amen.

*Postea osculatur Altare, et versus ad
populum extendens, et jungens manus, voce
paululum elevata, dicit:*

Oráte, fratres: ut meum ac vestrum
sacrificium acceptábile fiat apud Deum
Patrem omnipoténtem.

*Minister, seu circumstantes respondent:
alioquin ipsemet Sacerdos:*

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus
tuis (*vel* meis) ad laudem et glóriam nominis
sui, ad utilitátem quoque nostram, totiúsque
Ecclésiæ suæ sanctæ.

*29. Stans postea in medio altaris, versus ad
populum, extendens et iungens manus, dicit:*

Oráte, fratres: ut meum ac vestrum
sacrificium acceptábile fiat apud Deum
Patrem omnipoténtem.

Populus surgit et respondet:

Suscípiat Dóminus sacrificium de mánibus
tuis ad laudem et glóriam nóminis sui, ad
utilitátem quoque nostrum totiúsque

3. A COMUNHÃO E A CONCLUSÃO (DO “PER IPSUM” DA DOSSOLOGIA ATÉ A ORAÇÃO DE AÇÃO DE GRAÇAS DEPOIS DA MISSA)

MISSAL DE 1570/1962	Missal de 1970/2002
<p><i>Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Hostiam inter pollicem et indicem manus dexteræ: et tenens sinistra Calicem, cum Hostia signat ter a labio ad labium Calicis, dicens:</i></p> <p>Per ip+sum, et cum ip+so, et in ip+so, <i>Cum ipsa Hostia signat bis inter se et Calicem, dicens:</i> est tibi Deo Patri + omnipotenti, in unitate Spíritus + Sancti, <i>Elevans parum Calicem cum Hostia, dicit:</i> omnis honor, et glória.</p> <p><i>Reponit Hostiam, Calicem Palla cooperit, genuflectit, surgit, et dicit intellegibili voce vel cantat:</i></p> <p>Per omnia sæcula sæculórum. R. Amen</p> <p><i>Jungit manus</i></p> <p>Oremus: Praeceptis salutaribus moniti, et divina institutione formati, audemus dicere.</p> <p><i>Extendit manus</i></p> <p>Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum: advéniat regnum tuum: fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie: et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiónem. R. Sed líbera nos a malo.</p> <p><i>Sacerdos secrete dicit:</i> Amen.</p>	<p>Accipit patenam cum hostia et calicem, et utrumque elevans, dicit:</p> <p>Per ipsum, et cum ipso, et in ipso, est tibi Deo Patri omnipoténti, in unitate Spíritus Sancti, omnis honor et glória per ómnia sæcula sæculórum.</p> <p>Populus acclamat: Amen.</p> <p><i>Deinde sequitur ritus Communionis</i></p> <p><i>Calice et patena depositis, sacerdos, iunctis manibus, dicit:</i></p> <p>Præcéptis salutáribus móniti, et divína institutióne formáti, audémus dícere:</p> <p><i>Extendit manus et, una cum populo, pergít:</i></p> <p>Pater noster, qui es in cælis: sanctificétur nomen tuum; advéniat regnum tuum; fiat volúntas tua, sicut in cælo, et in terra. Panem nostrum cotidiánum da nobis hódie; et dimítte nobis débita nostra, sicut et nos dimíttimus debitóribus nostris; et ne nos indúcas in tentatiónem; sed líbera nos a malo.</p>

Deinde manu dextera accipit inter indicem et medium digitos Patenam, quam tenens super Altare erectam, dicit secreta:

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, præteritis, præsentibus et futúris: et intercedente beáta et gloriósa semper Vírgine Dei Genetríce María, cum beátis Apóstolis tuis Petro et Paulo, atque Andréa, et ómnibus Sanctis, *Signat se cum Patena a fronte ad pectus*, da propítius pacem in diébus nostris: *Patenam osculatur*, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri.

Submittit Patenam Hostiæ, discooperit Calicem, genuflectit, surgit, accipit Hostiam, et eam super Calicem tenens utraque manu, frangit per medium, dicens:

Per eúndem Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum.

Et mediam partem, quam in dextera manu tenet, ponit super Patenam. Deinde ex

Manibus extensis, sacerdos solus prosequitur, dicens:

Líbera nos, quæsumus, Dómine, ab ómnibus malis, da propítius pacem in diébus nostris, ut, ope misericórdiæ tuæ adiúti, et a peccáto simus semper líberi et ab omni perturbatióne secúri: exspectántes beátam spem et advéntum Salvatóris nostri Iesu Christi.

Iungit manus.

Populus orationem concludit, acclamans:

Quia tuum est regnum, et potéstas, et glória in sæcula.

Deinde sacerdos, manibus extensis, clara voce dicit:

Dómine Iesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta nostra, sed fidem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris.

Iungit manus.

Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

Populus respondet:

Amen.

parte, quae in sinistra remanserat, frangit particulam, dicens:

Qui tecum vivit et regnat in unitate
Spíritus Sancti Deus.

Aliam mediam partem, quam in sinistra manu habet, adjungit mediae super Patenam positae, et particulam parvam dextera retinens super Calicem, quem sinistra per nodum infra cuppam tenet, dicit intelligibili voce vel cantat:
Per omnia saecula saeculorum. **R.** Amen.

Cum ipsa particula signat ter super Calicem, dicens:

Pax + Dómini sit + semper vobis + cum.
R. Et cum spíritu tuo.

Particulam ipsam immittit in Calicem, dicens secrete:

Haec commixtio, et consecratio Corporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi, fiat accipiéntibus nobis in vitam aeternam. Amen.

Cooperit Calicem, genuflectit, surgit, et inclinatus Sacramento, junctis manibus, et ter pectus percutiens, intelligibili voce dicit:

Sacerdos, ad populum conversus, extendens et iungens manus, subdit:

Pax Dómini sit semper vobiscum.

Populus respondet:

Et cum spíritu tuo.

Deinde, pro opportunitate, diaconus, vel sacerdos, subiungit:

Offérte vobis pacem.

Et omnes, iuxta locorum consuetudines, pacem, communionem et caritatem sibi invicem significant; sacerdos pacem dat diacono vel ministro.

Deinde accipit hostiam eamque super patenam frangit, et particulam immittit in calicem, dicens secrete:

Haec commixtio Corporis et Sanguinis Dómini nostri Jesu Christi fiat accipiéntibus nobis in vitam aeternam.

Interim cantatur vel dicitur:

<p><i>Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.</i></p> <p><i>Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.</i></p> <p><i>Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.</i></p> <p><i>In Missis Defunctorum non dicitur miserere nobis, sed ejus loco dona eis requiem, et in tertio additur sempiternam.</i></p> <p><i>Deinde, junctis manibus super Altare, inclinatus dicit secrete sequentes Orationes:</i></p> <p>Dómine Jesu Christe, qui dixísti Apóstolis tuis: Pacem relínquo vobis, pacem meam do vobis: ne respicias peccáta mea, sed fidem Ecclésiæ tuæ; eámque secúndum voluntátem tuam pacificáre et coadunáre dignéris: Qui vivis et regnas Deus per ómnia sáecula sæculórum. Amen.</p> <p><i>Si danda est pax, osculatur Altare, et dans pacem, dicit: Pax tecum. R. Et cum spiritu tuo. In Missis Defunctorum non datur pax, neque dicitur praecedens Oratio.</i></p> <p>Dómine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitátibus meis, et</p>	<p><i>Aliæ melodiæ in Graduali romano inveniuntur.</i></p> <p>Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.</p> <p>Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: miserére nobis.</p> <p>Agnus Dei, qui tollis peccáta mundi: dona nobis pacem.</p> <p><i>Quod etiam pluries repeti potest, si fractio panis protrahitur. Ultima tamen vice dicitur: dona nobis pacem.</i></p> <p>Sacerdos deinde, manibus iunctis, dicit secrete:</p> <p>Dómine Iesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntáte Patris, cooperánte Spíritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificásti: líbera me per hoc sacrosánctum Corpus et</p>
--	---

univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permittas: Qui cum eódem Deo Patre et Spírítu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Percéptio Córporis tui, Dómine Jesu Christe, quod ego indígnus súmere præsumo, non mihi provéniat in iudícium et condemnatióem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam: Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Genuflectit, surgit, et dicit:

Panem coeléstem accipiam, et nomen Dómini invocábo.

Deinde parum inclinatus, accipit ambas partes Hostiæ inter pollicem et indicem sinistræ manus, et Patenam inter eundem indicem et medium supponit, et dextera tribus vicibus percutiens pectus, elata aliquantulum voce, ter dicit devote et humiliter:

Dómine, non sum dignus, *Et secreta prosequitur:* ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Postea dextera se signans cum Hostia super Patenam, dicit:

Sánguinem tuum ab ómnibus iniquitatibus et univérsis malis: et fac me tuis semper inhærére mandátis, et a te numquam separári permittas.

Vel:

Percéptio Córporis et Sánguinis tui, Dómine Iesu Christe, non mihi provéniat in iudícium et condemnatióem: sed pro tua pietáte prosit mihi ad tutaméntum mentis et córporis, et ad medélam percipiéndam.

Sacerdos genuflectit, accipit hostiam, eamque aliquantulum elevatam super patenam vel super calicem tenens, versus ad populum, clara voce dicit:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi. Beáti qui ad cenam Agni vocáti sunt.

Et una cum populo semel subdit:

Dómine, non sum dignus, ut intres sub tectum meum, sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

Corpus Dómini nostri Jesu Christi
custódiat ánimam meam in vitam
ætérnam. Amen.

*Et se inclinans, reverenter sumit ambas
partes Hostiæ: quibus sumptis, deponit
Patenam super Corporale, et erigens se
jungit manus, et quiescit aliquantulum in
meditatione Sanctissimi Sacramenti.
discooperit Calicem, genuflectit, colligit
fragmenta, si quæ sint, extergit Patenam
super Calicem, interim dicens:*

Quid retríbuiam Dómino pro ómnibus,
quæ retríbuit mihi? Cálicem salutáris
accípium, et nomen Dómini invocábo.
Laudans invocábo Dóminum, et ab
inimícis meis salvus ero.

*Accipit Calicem manu dextera, et eo se
signans, dicit:*

Sanguis Domini nostri Jesu Christi
custodiat animam meam in vitam
aeternam. Amen.

*Et sinistra supponens Patenam Calici,
reverenter sumit totum Sanguinem cum
particula. Quo sumpto, si qui sunt
communicandi eos communicet,
antequam se purificet Postea dicit:*

Et sacerdos, versus ad altare, secreto dicit:

Corpus Christi custódiat me in vitam
ætérnam.

Et reverenter sumit Corpus Christi.

Deinde accipit calicem et secreto dicit:

Sanguis Christi custódiat me in vitam
ætérnam.

Et reverenter sumit Sanguinem Christi.
Postea accipit patenam vel pyxidem,
accedit ad communicandos, et hostiam
parum elevatam unicuique eorum ostendit,
dicens:

Corpus Christi.

Communicandus respondet:

Amen.

Et communicatur.

Eo modo agit et diaconus, si sacram
Communem distribuit.

Si adsint sub utraque specie communicandi,
servetur ritus suo loco descriptus.

Dum sacerdos sumit Corpus Christi,
inchoatur cantus ad Communem.

Distributione Communis expleta,
sacerdos vel diaconus vel acolythus
purificat patenam super calicem et ipsum

<p>Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus: et de munere temporáli fiat nobis remédium sempitérnium.</p> <p><i>Interim porrigit Calicem ministro, qui infundit in eo parum vini, quo se purificat: deinde prosequitur:</i></p> <p>Corpus tuum, Dómine, quod sumpsi, et Sanguis, quem potávi, adhæreat viscéribus meis: et præsta; ut in me non remáneat scélerum mácula, quem pura et sancta refecerunt sacraménta: Qui vivis et regnas in sácula sæculórum. Amen.</p> <p><i>Abluit et extergit digitos, ac sumit ablutionem: extergit os et Calicem, quem, plicato Corporali, operit et collocat in Altari ut prius: deinde prosequitur Missam.</i></p>	<p>calicem.</p> <p>Dum purificationem peragit, sacerdos dicit secreto:</p> <p>Quod ore sumpsimus, Dómine, pura mente capiámus, et de múnere temporáli fiat nobis remédium sempitérnium.</p> <p>Tunc sacerdos ad sedem redire potest. Pro opportunitate sacrum silentium, per aliquod temporis spatium, servari, vel psalmus aut aliud canticum laudis aut hymnus proferri potest.</p>
--	--

RITOS DE CONCLUSÃO

Missal de 1570/1962	Missal de 1970/2002
	<p>Deinde, stans ad altare vel ad sedem, sacerdos, versus ad populum, iunctis manibus, dicit:</p> <p>Orémus.</p> <p>Et omnes una cum sacerdote per aliquod temporis spatium in silentio orant, nisi silentium iam præcesserit. Deinde sacerdos, manibus extensis, dicit orationem post Communionem. Populus in fine acclamat:</p> <p>Amen.</p> <p>Ritus conclusionis</p>

Dicto, post ultimam Orationem,

℣. Dóminus vobíscum.

℞. Et cum spírítu tuo,

Dicit: *Ite, Missa est, vel, si qua liturgica procession sequitur, Benedicámus Dómino. ℞. Deo grátias. In Missis Defunctorum dicit: ℣. Requiescant in pace.*

℞. Amen.

I — Tempore Paschali, hoc est a Missa Sabbati sancti usque ad Sabbatum in Albis inclusive in Missis de Tempore

Ite, missa est, Alelùia, Alelùia.

II — in Festis sollemnibus

Ite, missa est.

III — in Festis duplicibus

Ite, missa est.

IV — In Missis B. Mariæ Virg.

Ite, missa est.

V — In Dominicis infra annum, in Festis semiduplicibus et infra Octavas, quæ non sint beátæ Mariæ Virg.

Ite, missa est.

VI — In Festis simplicibus

Ite, missa est.

VII — In Dominicis Tempore Adventus, Ouadragesimæ et Passionis

Benedicámus Domino.

VIII — In omnibus Feriis extra Tempus Paschale, in Litaniiis majoribus et minoribus, in Vigiliis communibus item extra Tempus Paschale, atque,

Sequuntur, si necessariae sint, breves annuntiationes ad populum.

Deinde fit dimissio. Sacerdos, versus ad populum, extendens manus, dicit:

Dóminus vobíscum.

Populus respondet:

Et cum spírítu tuo.

si omissum fuerit Glória in excélsis, *in Missis votivis, quæ pro re gravi et publica simul causa non sint.*

Benedicámus Dómino.

IX — In Dominicis Septuagesimæ, Sexagesimæ et Quinquagesimæ

Benedicámus Domino.

X — In Vigilia Nativitatis Domini, etiamsi in Dominica occurrat, in Festo Ss. Innocetium, et in Missis votivis pro re gravi et publica simul causa, quando non dicitur Glória in excélsis.

Benedicámus Domino.

XI — In Missis Defunctorum

Requiescant in pace.

Dicto *Ite, Missa est, vel* Benedicámus Dómino, *Sacerdos inclinat se ante medium Altaris, et manibus iunctis super illud, dicit secrete:*

Pláceat tibi, sancta Trínitas, obséquium servitútis meæ: et præsta; ut sacrificium, quod óculis tuæ majestátis indígnus óbtuli, tibi sit acceptábile, mihíque et ómnibus, pro quibus illud óbtuli, sit, te miseránte, propitiábile. Per Christum, Dóminum nostrum. Amen.

Deinde osculatur Altare: et elevatis oculis, extendens, elevans et jungens manus caputque Cruci inclinans, dicit:

Benedícat vos omnípotens Deus, *et versus ad populum, semel tantum benedícens, etiam in Missis sollemnibus, prosequitur:* Pater, et Fílius, ☩ et Spíritus Sanctus. **R.** Amen.

In Missa Pontificali ter benedicitur, ut in Pontificali habetur.

In Missis in quibus dictum est Benedicámus Dómino vel Requiescant in pace, non datur benedictio, sed dicto Pláceat et osculato Altari, celebrans legit, si dicendum sit, Evangelium sancti

Sacerdos benedicit populum, dicens:

Benedícat vos omnípotens Deus, Pater, et Fílius, **c** et Spíritus Sanctus.

Populus respondet: Amen.

Quibusdam diebus vel occasionibus, huic formulæ benedictionis præmittitur, iuxta rubricas, alia

Ioannis.

Deinde Sacerdos in latere Evangelii, iunctis manibus dicit: V. Dóminus vobíscum. R. Et cum spírítu tuo.

Et signans signo crucis primum Altare vel librum, deinde se in fronte, ore et pectore, dicit:

+ Initium sancti Evangelii secúndum Joánnem.

Vel si aliud Evangelium legendum sit: Sequéntia sancti Evangelii etc. R. Glória tibi, Dómine.

Iunctis manibus prosequitur:

Joann. 1, 1-14.

In princípío erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in princípío apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt: et sine ipso factum est nihil, quod factum est: in ipso vita erat, et vita erat lux hóminum: et lux in ténebris lucet, et ténebræ eam non comprehendérunt. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat Joánnes. Hic venit in testimónium, ut testimónium perhibéret de lúmine, ut omnes créderent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimónium perhibéret de lúmine. Erat

formula benedictionis sollemnior, vel oratio super populum.

In Missa pontificali celebrans accipit mitram et, extendens manus, dicit:

Dóminus vobíscum.

Omnes respondent: Et cum spírítu tuo.

Celebrans dicit:

Sit nomen Dómini benedíctum.

Omnes respondent:

Ex hoc nunc et usque in sáeculum.

Celebrans dicit:

Adiutórium nostrum in nómine Dómini,

Omnes respondent:

Qui fecit cælum et terram.

Tunc celebrans, accepto, si eo utitur, baculo, dicit:

Benedícat vos omnípotens Deus, ter signum crucis super populum faciens, addit: Pater, + et Fílius, + et Spírítus + Sanctus.

Omnes:

Amen.

Deinde diaconus, vel ipse sacerdos, manibus iunctis, versus ad populum dicit:

Ite, missa est.

Populus respondet:

Deo grátias.

lux vera, quæ illúminat omnem hóminem veniéntem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognóvit. In própria venit, et sui eum non recepérunt. Quotquot autem recepérunt eum, dedit eis potestátem fílios Dei fíeri, his, qui credunt in nómine ejus: qui non ex sanguínibus, neque ex voluntáte carnis, neque ex voluntáte viri, sed ex Deo nati sunt. *Genuflectit dicens:* Et Verbum caro factum est, *Et surgens prosequitur:* et habitávit in nobis: et vídimus glóriam ejus, glóriam quasi Unigéniti a Patre, plenum grátiae et veritatis.

R. Deo grátias.

Finito Evangelio sancti Joannis, discedens ab Altari, pro gratiarum actione dicit Ant. Trium puerorum, cum reliquis, ut habetur in principio Missalis.

**GRATIARUM ACTIO POST MISSAM
PRO OPPORTUNITATE SACERDOTIS
FACIENDA**

Quilibet sacerdos, ex concessione Pii Pp. XI, sub die 3 octobris 1936, lucrari potest: Indulgentiam quinque annorum, si post Missam celebratam recitet canticum trium Pueiorum et psalmum 150 cum adnexa antiphona, versiculis et Orémus, ut infra; plenariam, si per integrum mensem praedictas preces cotidie recitaverit, accedente sacramentali confessione et oratione ad mentem Summi Pontificis.

Ant. *Trium puerorum * cantemus hymnum, quern cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes*

Deinde sacerdos altare osculo de more veneratur, ut initio.

Facta denique profunda inclinatione cum ministris, recedit.

Si qua actio liturgica immediate sequatur, ritus dimissionis omittuntur.

GRATIARUM ACTIO POST MISSAM

Dòminum. (T. P. Alleluia.)

Canticum trium Puerorum

Dan. 3, 57-88 et 56

Benedicite, omnia opera Domini, Domino; *
laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite, Angeli Domini, Domino; *
benedicite, caeli, Domino.

Benedicite, aquae omnes quae super caelos sunt,
Domino; * benedicite, omnes exercitus Domini,
Dòmino.

Benedicite, sol et luna, Domino; * benedicite,
stellae caeli, Dòmino. —

Benedicite, omnis imber et ros, Domino; *
benedicite, omnes venti, Domino.

Benedicite, ignis et aestus, Domino; * benedicite,
frigus et algor, Dòmino.

Benedicite, rores et pliiiviae, Domino; *
benedicite, glacies et gelu, Dòmino.

Benedicite, pruinae et nives, Domino; *
benedicite, noctes et dies, Dòmino.

Benedicite, lux et tenebrae, Domino; * benedicite,
fulgura et nubes, Dòmino. —

Benedicat terra Domino, * laudet et superexaltet
eum in saecula.

Benedicite, montes et colles, Dòmino; *
benedicite,
universa germinantia in terra, Dòmino.

Benedicite, fontes, Domino; * benedicite, maria
et flumina, Domino.

Benedicite, cete et omnia quae moventur in
aquis, Dòmino; * benedicite, omnes volucres
caeli, Dòmino.

Benedicite, omnes bestiae et pecora, Dòmino; *
laudate et superexaltate eum in saecula. —

Benedicite, filii hòminum, Dòmino; * benedicite,
Israel, Dòmino.

Benedicite, sacerdòtes Dòmini, Dòmino; *
benedicite, servi Dòmini, Dòmino.

Benedicite, spiritus et animae iustorum, Dòmino;
* benedicite, sancti et humiles corde, Dòmino.

Benedicite, Anania, Azaria, Misael, Dòmino; *
laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium cum Sancto
Spiritu: * laudemus et superexaltemus eum in

saecula.

Benedictus es, Dòmine, in firmamento caeli; *
et laudabilis et superexaltatus in saecula.

¶ Hie non dicitur G1òria Patri, neque Amen.

Psalmus 150

Laudate Dominum in sanctuario eius, * laudate
eum in Augusto firmamento eius.

Laudate eum propter grandia òpera eius, * laudate
eum propter summam maiestatem eius.

Laudate eum clangore tubas, * laudate eum
psalterio et cithara.

Laudate eum tympano et choro, * laudate eum
chordis et organo.

Laudate eum cymbalis sonoris, laudate eum
cymbalis crepitantibus: * omne quod spirat, laudet
Dominum!

Gloria Patri.

Ant. Trium pueròrum cantemus hymnum, quern
cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes
Dòminum. (T. P. Alleluia.)

Postea sacerdos dicit:

Kyrie, eleison. Christe, eleison. Kyrie, eleison.
Pater noster.

℣. Et ne nos inducas in tentationem.

℞. Sed libera nos a malo.

℣. Confiteantur tibi, Dòmine, òmnia opera tua.

℞. Et Sancti tui benedicant tibi.

℣. Exsultabunt Sancti in gloria.

℞. Laetabuntur in cubilibus suis.

℣. Non nobis, Domine, non nobis.

℞. Sed nòmini tuo da gloriam.

℣. Domine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te veniat.

Oremus.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammam ignium:
concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat
flamma vitiorum.

Actiones nostras, quaesumus, Domine, aspirando

praeveni et adiuvando proseguere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat, et per te ccepta finiatur.

Da nobis, quaesumus, Dómine, vitiórum nostrorum flammam exstinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentórum suórum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum. **R.** Amen.

Oratio S. Thomae Aquinatis
Indulgentia trium annorum; plenaria, oratione cotidie in integrum mensem pie reiterata et additis sacramentali confessione, alicuius ecclesiae vel publici oratorii visitatione et precibus ad Summi Pontificis mentem. Pius Pp. XI, 22 novembris 1934.

Gratias tibi ago, Dòmine, sancte Pater, omnipotens aeterne Deus, qui me peccatòrem, indignum famulum tuum, nullis meis meritis, sed sola dignatione misericordiae tuae satiare dignatus es pretioso Corpore et Sanguine Filii tui, Dòmini nostri Iesu Christi. Et precor, ut haec sancta Communio non sit mihi reams ad poenam, sed intercessio salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fidei, et scutum bonae voluntatis. Sit vitiórum meorum evacuatio, concupiscentiae et libidinis exterminatio, caritatis et patientiae, humilitatis et obediendiae, omniumque virtutum augmentatio: contra insidias inimicorum omnium, tam visibilium quam invisibilium, firma defensio: motuum meorum, tam carnalium quam spiritualium, perfecta quietatio: in te uno ac vero Deo firma adhesio; atque finis mei felix consummatio. Et precor te, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu, cum Filio tuo et Spiritu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium sempiternum, iucunditas consummata et felicitas perfecta. Per eundem Christum Dòminum nostrum. Amen.

Alia oratio
Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3

Oratio S. Thomae Aquinatis

Gratias tibi ago, Dómine, sancte Pater, omnípotens aetérne Deus, qui me peccatórem, indígnum fámulum tuum, nullis meis méritis, sed sola dignatióne misericórdiae tuae satiáre dignátus es pretiósó Corpore et Sáanguine Fílii tui, Dómini nostri Iesu Christi. Et precor, ut hác sancta commúnio non sit mihi reátus ad poenam, sed intercésio salutáris ad véniam. Sit mihi armatúra fídei, et scutum bonae voluntátis. Sit vitiórum meórum evacuátió, concupiscéntiae et libídinis exterminátió, caritátis et patiéntiae, humilitátis et oboediéntiae, omniúmque virtútum augmentátió: contra insídias inimicórum ómnium tam visibílium quam invisibílium, firma defénsio: mótuum meórum, tam carnálium quam spiritálium, perfécta quietátió: in te uno ac vero Deo firma adhæsió, atque finis mei felix consummátió. Et precor te, ut ad illud ineffábile convívium me peccatórem perdúcere digneris, ubi tu, cum Fílio tuo et Spírítu Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satiétas plena, gáudium sempitérnum, iucúnditas consummáta et felícitas perfécta. Per

octobris 1936.

Transfige, dulcissime Dòmine Iesu, medullas et viscera animae meae suavissinio ac saluberrimo amòris tui viilnere, vera serenaque et apostòlica sanctissima caritate, ut langueat et liquefiat anima mea solo semper amore et desiderio tui; te concupiscat et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi et esse tecum. Da, ut anima mea te esuriat, panem Angelòrum, refectiònem animarum sanctorum; panem nostrum cotidianum, supersubstantialem, habentem omnem dulcedinem et saporem, et omne delectamentum suavitatis. Te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esuriat et comedat cor meum, et dulcedine saporis tui repleantur viscera animas meae; te semper sitiatur fontem vitae, fontem sapientiae et scientiae, fontem aeterni luminis, torrentem voluptatis, ubertatem domus Dei. Te semper ambiat, te quaerat, te inueniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, et omnia operetur in laudem et gloriam nominis tui, cum humilitate et discretione, cum dilectione et delectatione, cum facilitate et affectu, cum perseverantia usque in finem; ut tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divitiae meae, delectatio mea, iucunditas mea, gaudium meum, quies et tranquillitas mea, pax mea, suavitas mea, odor incus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, sapientia mea, portio mea, possessio mea, thesaurus metis, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicata mens mea et cor meum. Amen.

Rhythmus S. Thomae Aquinatis

Indulgentia quinque annorum toties quoties; septem annorum, si rhythmus vel eiusdem postrema tantum stropha coram Ssifto Eucharistiae Sacramento recitatus fuerit; plenaria suetis condicionibus, cotidiana rhythmici recitatione in integrum mensem producta.

Pius Pp. XI, 12 martii 1936 et Pius Pp. XII, 12 iulii 1941.

Adoro te devòte, latens Deitas,

Christum Dóminum nostrum. Amen.

Quae sub his figuris vere latitas:
 Tibi se cor meum totum subicit,
 Quia, te contemplans, totum deficit.
 Visus, tactus, gustus in te fallitur,
 Sed auditu solo tuto creditur:
 Credo quidquid dixit Dei Filius,
 Nil hoc verbo Veritatis verius.
 In Cruce latebat sola Deitas,
 At hie latet simul et humanitas;
 Ambo tamen credens atque cōnfitens,
 Peto quod petivit latro p̄nitens.
 Plagas, sicut Thomas, non intueor,
 Deum tamen meum te confiteor:
 Fac me tibi semper magis credere,
 In te spem habere, te diligere.
 O memoriale mortis Dōmini,
 Panis vivus, vitam praestans homini,
 Praesta meae menti de te vivere
 Et te illi semper dulce sapere.
 Pie pelicane, Iesu Domine,
 Me immundum munda tuo Sanguine,
 Cuius una stilla salvum facere
 Totum mundum quit ab omni scelere.
 Iesu, quem velatum nunc aspicio,
 Oro, fiat illud quod t̄n sitio;
 Ut, te revelata cernens facie,
 Visu sim beatus tuae gloriae. Amen.

Aspirationes ad Ssmum Redemptorem

Indulgentia septem annorum, si sacerdos post Missam invocationes pie recitaverit; trecentorum dierum toties quoties; plenaria suetis condicionibus, dummodo cotidie per integrum mensem invocationum recitatio devote peracta fuerit.

Pius Pp. IX, 9 ianuarii 1854.

Anima Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salva me. Sanguis Christi, inebria me. Aqua lateris Christi, lava me. Passio Christi, conforta me. O bone Iesu, exaudi me. Intra tua vulnera absconde me. Ne permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meae voca me. Et iube me venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem te in saecula saeculorum. Amen.

Aspirationes ad Ss.mum Redemptorem

Anima Christi, sanctifica me. Corpus Christi, salva me. Sanguis Christi, inebria me. Aqua lateris Christi, lava me. Passio Christi, conforta me. O bone Iesu, exaudi me. Intra tua vulnera absconde

Oblatio sui

Indulgentia trium annorum; plenaria suetis condicionibus, si cotidie per integrum mensem actus oblationis devote recitatus fuerit.

Pius Pp. XI, 4 decembris 1932.

Súscipe, Domine, universam meam libertatem. Accipe memoriam, intellectum atque voluntatem omnem. Quidquid habeo vel possideo, mihi largitus es: id tibi totum restituo, ac tuae prorsus voluntati trado gubernandum. Amorem tui solum cum gratia tua mihi dones, et dives sum satis, nec aliud quidquam ultra posco.

Oratio ad D. N. I. C. Crucifixum

Indulgentia decem annorum; plenaria recitantibus post Missam coram Iesu Christi Crucifixi imagine et orantibus ad mentem Summi Pontificis.

Pius Pp. XI, 2 februarii 1934.

En ego, o bone et dulcissime Iesu, ante conspectum tuum genibus me provolvo, ac maximo animi ardore te oro atque obtestor, ut meum in cor vividos fidei, spei et caritatis sensus, atque veram peccatorum meorum paenitentiam, eaque emendandi firmissimam voluntatem velis imprimere; dum magno animi affectu et dolore tua quinque vulnera mecum ipse considero ac mente contemplor, illud prae oculis habens, quod iam in ore ponebat tuo David propheta de te, o bone Iesu: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeraverunt omnia ossa mea. (Ps. 21, 17)

Oratio universalis

Sub nomine Clementis Pp. XI vulgata

Indulgentia quinque annorum, si sacerdos post Missam orationem devote recitaverit; plenaria, suetis condicionibus, per integrum mensem eandem recitationem pie persolverit.

Ioannes Pp. XXIII, 11 martii 1960.

Credo, Domine, sed credam firmiter; spero, sed

me. Ne permittas me separari a te. Ab hoste maligno defende me. In hora mortis meae voca me. Et iube me venire ad te, ut cum Sanctis tuis laudem te in saecula saeculorum. Amen.

Oblatio sui

Súscipe, Dómine, univérsam meam libertátem. Accipe memóriam, intelléctum atque voluntátem omnem. Quidquid hábeo vel possídeo, mihi largítus es: id tibi totum restítuo, ac tuæ prorsus voluntáti trado gubernándum. Amórem tui solum cum grátia tua mihi dones, et dives sum satis, nec áliud quidquam ultra posco.

Oratio ad Dominum nostrum Iesum Christum Crucifixum

En ego, o bone et dulcissime Iesu, ante conspéctum tuum génibus me provólvo, ac máximo ánimi ardóre te oro atque obtéstor, ut meum in cor vívidos fídei, spei et caritátis sensus, atque veram peccatórum meórum pæniténtiam, eáque emendáandi firmíssimam voluntátem velis imprímere; dum magno ánimi afféctú et dolóre tua quinque vúlnera mecum ipse consídero ac mente contémpilor, illud præ óculis habens, quod iam in ore ponébat tuo David prophéta de te, o bone Iesu: Fodérunt manus meas et pedes meos:dinumeravérunt ómnia ossa mea (Ps 21, 17-18).

Oratio universalis sub nomine Clementis Pp. XI vulgata

sperem securius; amo, sed amem ardentius; do leo, sed do leam vehementius.

Adoro te ut primum principium; desidero ut finem ultimum; laudo ut benefactorem perpetuum; invoco ut defensorem propitium.

Tua me sapientia dirige, iustitia contine, clementia solare, potentia pròtege.

Offero tibi, Domine, cogitanda, ut sint ad te; dicenda, ut sint de te; facienda, ut sint secundum te; ferenda, ut sint propter te.

Volo quidquid vis, volo quia vis, volo quomodo vis, volo quamdiu vis.

Oro, Domine: intellectum illumines, voluntatem inflames, cor emundes, animam sanctifices.

Defleam praeteritas iniquitates, repellam futuras tentationes, corrigam vitiosas propensiones, òxcolam idoneas virtutes.

Tribue mihi, bone Deus, amorem tui, odium mei, zelum proximi, contemptum mundi.

Studeam superioribus oboedire, inferioribus subvenire, amicis consulere, inimicis parcere.

Vincam voluptatem austeritate, avaritiam largitate, iracundiam lenitate, tepiditatem fervore.

Redde me prudèntem in consiliis, constantem in periculis, patientem in adversis, humilem in pròsperis.

Fac, Domine, ut sim in oratidne attentus, in opulis sòbrius, in munere sèdulus, in propòsito firmus. Curem habere innocentiam interiòrem, modestiam exteriorem, conversatiònem exemplarem, vitam regularem.

Assidue invigilem naturae domandse, gratiae fovendae, legi servandae, saluti promerèndae.

Discam a te quam tenue quod terrenum, quam grande quod divinum, quam breve quod temporaneum, quam durable quod aeternum.

Da ut mortem praeveniam, iudicium pertimeam, infernum effugiam, paradisum obtineam.

Per Christum Dòminum nostrum. Amen.

Alia oratio

Indulgentia trium annorum. Pius Pp. IX, 11 decembris 1846. Insuper hanc orationem tecitanti flexis genibus, nisi impediatur, conceditur remissio defectuum et culparum in celebratione

Credo, Dòmine, sed credam firmius; spero, sed sperem secúrius; amo, sed amem ardéntius; dóleo, sed dóleam veheméntius.

Adóro te ut primum princípium; desidéro ut finem últimum; laudo ut benefactórem perpétuum; ínvocho ut defensórem propítium.

Tua me sapiéntia dírige, iustítia cóntine, cleméntia soláre, poténtia prótege.

Offero tibi, Dòmine, cogitánda, ut sint ad te; dicénda, ut sint de te; faciéndá, ut sint secúndum te; ferénda, ut sint propter te.

Volo quidquid vis, volo quia vis, volo quómodo vis, volo quámdiu vis.

Oro, Dòmine: intelléctum illúmines, voluntátem inflámmes, cor emúndes, ánimam sanctífices.

Défleam prætéritas iniquitátes, repéllam futúras tentatiónes, córrigam vitiósas propensiónes, éxcolam idóneas virtútes.

Tríbue mihi, bone Deus, amórem tui, ódium mei, zelum próximi, contéptum mundi.

Stúdeam superióribus oboedíre, inferióribus subveníre, amícis consúlere, inimícis párcere.

Vincam voluptátem austeritáte, avarítiam largitáte, iracúndiam lenitáte, tepiditátem fervóre.

Redde me prudéntem in consíliis, constántem in perículis, patiéntem in advérsis, húmilem in prósperis.

Fac, Dòmine, ut sim in oratióne atténtus, in épulis sóbrius, in múnere sédulus, in propósito firmus.

Curem habére innocéntiam interiórem, modéstiam exteriórem, conversatióne exemplárem, vitam regulárem.

Assídue invígilem natúræ domándæ, grátiae fovéndæ, legi servándæ, salúti promeréndæ.

Discam a te quam ténue quod terrénum, quam grande quod divínium, quam breve quod temporáneum, quam durábile quod atérnum. Da,

ut mortem prævéniam, iudícium pertímeam, inférnum effúgiam, paradísium obtíneam. Per Christum Dòminum nostrum. Amen.

*Missse ex humana fragilitate contractarum.
Pius Pp. X, 29 augusti 1912.*

Obsecro te, dulcissime Dòmine Iesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus, qua muniar, protegar atque defender; vulnera tua sint mihi cibus potusque, quibus pascar, inebrier atque delecter; aspersio Sanguinis tui sit mihi ablutio omnium delictorum meòrum; mors tua sit mihi vita indeficiens; Crux tua sit mihi gloria sempiterna. In his sit mihi refectio, exultatio, sanitas et dulcedo cordis mei: Qui vivis et regnas in ssecula saeculorum. Amen.

*Oratio ad B. Mariam Virginem
Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3
octobris 1936.*

O Maria, Virgo et Mater sanctissima, ecce suscepi dilectissimum Filium tuum, quern immaculato utero tuo concepisti, genuisti, lactasti, atque suavissimis amplexibus strinxisti. Ecce, cuius aspectu laetabaris et omnibus deliciis replebaris, illum ipsum tibi humiliter et amanter repraesento et offero, tuis brachiis constringendum, tuo corde amandum, sanctissimeque Trinitati in supremum latrariae cultum, pro tui ipsius honore et gloria et pro meis totiusque mundi necessitatibus, offerendum. Rogo ergo te, piissima Mater, impetra mihi veniam omnium peccatorum meorum, uberemque gratiam ipsi deinceps fidelius serviendi, ac denique gratiam finalem, ut eum tecum laudare possim per omnia saecula saeculorum. Amen.

*Oratio ad S. Ioseph
Indulgentia trium annorum toties quoties; septem
annorum singulis mensis martii diebus necnon*

Orationes ad B. Mariam Virginem

O María, Virgo et Mater sanctíssima, ecce suscepí dilectíssimum Fílium tuum, quem immaculáto útero tuo concepísti, genuísti, lactásti atque suavíssimis ampléxibus strinxísti. Ecce, cuius aspéctu lætabáris et ómnibus delíciis replebáris, illum ipsum tibi humíliter et amánter repræsénto et óffero, tuis brácchiis constringéndum, tuo corde amándum, sanctissimæque Trinitáti in suprémum latríæ cultum, pro tui ipsíus honóre et glória et pro meis totiúsque mundi necessitátibus, offeréndum. Rogo ergo te, piíssima Mater, ímpetra mihi véniam ómnium peccatórum meórum, uberémque grátiam ipsi deinceps fidélius serviéndo, ac dénique grátiam finálem, ut eum tecum laudáre possim per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Ave María, grátia plena, Dóminus tecum; benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui, Iesus. Sancta María, Mater Dei, ora pro nobis peccatóribus nunc et in hora mortis nostræ. Amen.

*qualibet anni feria quarta; plenaria suetis
condicionibus, oratione cotidie per integrum
mensem pia mente iterata.*

*Pius Pp. XI, 18 maii 1936 et Pius Pp. XII, 10
martii 1941.*

Virginum custos et pater, sancte Ioseph, cuius
fidei custodiae ipsa Innocentia Christus Iesus et
Virgo virginum Maria commissa fuit; te per hoc
utnimque carissimum pignus Iesum et Mariam
obsecro et obtestor, ut me, ab omni immunditia
prsservatum, mente incontaminata, puro corde et
casto corpore Iesu et Mariae semper facias
castissime famulari. Amen.

Oratio ad Sanctum

*in cuius honorem Missa celebrata est
Indulgentia trium annorum. Pius Pp. XI, 3
octobris 1936.*

Sancte *N.*, in cuius honorem incruentum Corporis
et Sanguinis Christi sacrificium obtuli, fac, tua
potenti apud Deum intercessione, ut, usu huius
mysterii, passionis et mortis eiusdem Christi
Salvatoris nostri merita consequar, ac cum illius
frequentatione continuo crescat meae salutis
effectus. Amen.

3.1- ANÁLISE

4. CONCLUSÃO GERAL